Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibus, vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneque ac alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Itac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

G: Krasicki Krainskiemu debet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemisliensibus Gnosus Martinus Constantinus de Sieciń in Krasiczyn Krasicki Pocillator Terrae Praemislien sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum modernum attinet seum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in corporando atque subijciendo, palam, libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse Gnoso Stanislao Krainski, eiusque posteris Summam Trium Millium florenorum florenorum polonicorum modo simplicis debiti moneta et numero in Regno currentis quemlibet florenum grossis Triginta polonicis computando et numerando Certi veri iusti liquidi debiti mutuatique apud ipsos per se Recognoscentem pecunijs tenetur atque debet, Quam quidem Summam suprascriptam Trium Millium florenorum polonicorum se cum Successoribus in et super bonis suis generaliter omnibus haereditarijs et obligatorijs

mobili

mobilibus et immobilibus Summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis, supra scripto Gnoso Krainski Creditori suo eiusq posteris, hinc et ab Actu praesenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo realiter et in effectu solvendi, et Coram Officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus repositurum et relaturum repositamq et relatam rursus ab eodem Officio non efficiendi [?] nec arestaturum vel quovis alio modo solutionem Summae eiusd[em] impediturum et impugnaturum inscribit et obligat praesentibus Idq sub vadio simili Summae Trium Millium florenorum polonicalium per eund[em] Recognoscentem Gnosum Martinum Constantinum de Siecin in Krasiczyn Krasicki Poculatorem Terrae Praemisliensis Suiq ipsius posteros praefato Gnoso Stanislao Krainski Creditori suo aut eius Successoribus ob non solutionem Summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quoquidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito. ac pro re aliqua Annuali ex praemissis non completa complenda, Summaq ipsa Principali non soluta solvenda Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Martinus Constantinus de Siecin in Krasiczyn Krasicki Poculator Terrae Praemisliensis suiq illius posteri. Ad instantiam supra scripti Gnosi Stanislai Kra-

inski

insti Creditoris sui vel ipsius posterorum. Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu supraescripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio. Stare Juri parere, respondere, Iudicium Contractum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur etc. Scribantur reliqua ligamenta ex prioribus Inscriptionibus iuxta formam Cancellariae usque ad finem.

G. Dzierżek Castellanides Rospiriensis Jaszowskim Coniugibus Obligat et Contem Statuet.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Franciscus de Krzyżniec Dzierżek Castellanides Rospiriensis Sanus mente et Corpore exemptus a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum modernum attinet sese Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosa Alexandrae Antoniae de Truchowe Consorti sua legitima promissa ratihabitione cavet ac se praesenti